

exsolvent, & muneri suo secundum præscripta satisfacerent: ideo pro qualibet vicariis omni tempore constituerent, & ministros eligere, fuit Regiæ fœderis visum necessarium: hæc de causa, si attenditur in rebus bellicis, terrestribus; & maritimis, justitiæ administratio, Duces generales, etiamque Prorogæ ad aliquam provinciam cum Advocato Assessore, sive Auditore mittuntur, Tribunus Militum, hoc est legionis alicujus supremum caput hispano idiomate *Coronel de Regimiento* circa suos subditos cum Assessore, ubi eo causæ indigent, cognitionem judicialem assumunt, ad minus in prima instantia: nil hic loquitur de militibus, militiae adscriptis, stipendiaque non merentibus vulgo *Milicianos*: nec de Corporis regii Custodibus, scilicet lingua vernacula *Guardias de Corps, Españolas, y Walonas*, nec de illis, hastis bipennibus utentibus vulgo *Alabarderos*: recognoscantur iterum remissiones jam animadversæ *lit. F pag. 91. & 92. in nohis. add.* ibique permulta circa præcedentem materiam decernuntur: Ordinationes militares ne despiciantur; si de regis gazæ directione agitur, Intendentes nominantur, ab Exercitus Intendentibus separati, & diversi, utpote illi recuperationem regalium reddituum intendunt, isti in reâ distributione summum, quibus res indiget militaris, quamvis ex dictis regis proventibus fiat: si ad justitiæ honorificam munia prout in communi obeunda, rerum in politia (*Vid. lit. F pag. 19. vers. Sancti Officii: in addit. hisp.*) consistentium expeditionem fit transitus, (etiam intra suos cancellos ceteri justitiæ administrant) præter Provincialium Consiliorum, Judices Ordinarios, Correctores, Gubernatores, Proprietores &c. eligi, inexcusabile fuit; hæc omnia licet sint summam prælibata, fere inter hæc jurisdictiones, & facultates (ab eodem fonte *vid. verb. Forum*, dimanant) potest animadverteri discrimen; si autem notatæ supra decisiones cum regia instructione, centum, sex & quadraginta capita seu articulos amplectente, (ann. 1749. 13 Octob.) bene digestæ retinentur, minime obscura hæc materia apparebit, præsertim dum de posterioribus resolutionibus, ipsomet articulos derogantibus, aperientibus, seu abrogantibus, Lector meminerit.

Prædicta sufficiant, & ad nostris temporibus decreta de judicibus Ordinariis, videlicet Prætoribus, & Proprietariis iter arripiatur. Cum regius Fiscus Patronus præjudicia ex accessione civitatis præfecturæ ad provincie consequentia animadverteret, nec posse utriusque dignitatis negotia unum subiectum recte adimplere, regio Castellæ Senatui notum fecit: & ut omnia confusionem commoventia depellerentur, hæc præfecturas secerat intellexit: quamobrem omnibus, quæ oriebantur, incommodis non temere meditatis, per *reg. Sched. 13. Novembris ann. 1766.* fuit provisum, Intendentes vulgo de Provincia, & Correctores suam jurisdictionem seorsim exercere, & quoslibet de causis ad propriam spectantibus, absque eo quod in messem alterius suam falcem immittat, cognoscere: idcirco justitiæ distributio, politicaque gubernatio inseparabiles civitatis præfecturæ dignoscuntur, & provinciæ, quæ regis gazæ, & belli propria considerantur: qua determinatione præ oculis habita, citata instructio in cap. 1. de justitiæ distributione agente, abrogationem meruit.

Jus unicuique expedite tribuere, anterioris schedulæ fuit præcipuum objectum; semper Reges Catholici curarunt, ut justitiæ facile, & sine acceptione pro meritis, & cuiusque virtutibus æqualis omnibus conservetur, quapropter diligentes judices non solum stipendia mererent sed etiam honoris augmentum: stipendia, quia mercede sua dignus est mercenarius, sine eaque justitiæ administrant, aut in contemptum dignitatis mendicare cogentur, aut illius mercaturam efficerent; honoris augmentum, nam post laborem convenit quem ad eum de venire, cum hæc spes homines alliciat, promissis (*eg. 34. tit. 2. lib. 2. Ind.*) stare: que quidem cum regis intentiones non expleant, etiamque adverterentur, per multos Prætores, (*Reg. Sched. 21. April. ann. 1783. & Reg. Decret. 1. Octob. ejusd. ann.*) postquam per triennium summunus gerebant, aliam præfecturam cunctanter impetrare, ad provisiones similium honorum faciendas nove

regulæ, & stabilimenta sunt in publicum redacta: tam consentanea, ut, siquis justitiæ distribuendi gratia fuerit assumptus, nec debeat stipendia, nec ascensus: per tres classes inferiores judices distinguuntur: (scilicet tamquam æstimatur, quia gradatim proceditur) classium discretio juxta stipendii quantitatem designatur: ubi major summa & jurisdictionis extensio, licet eadem dignitas, ibi major gradus: si per duo de viginti annis (sex in quacumque) quisquam judicaturæ vacaverit, in amplissimo prætorio vulgo *Chancilleria* & *Audiencia* sedem seu honorem adipiscetur: numquam qui in eisdem prælaturis acceptionem mereatur, tempus vacabit: nec, quamquam perpetuo morbo laboret, in vitæ humanæ subsistentiam auxilia deficiant. Quid amplius appetendum ut justitiæ bene distribuantur? ad subventionem conceduntur necessaria, honor non denegatur? Quam excusationem judices consequentur, si partes suas optime non præstiterint? Undique ut eas adimpleant, est consultum: in tantum honorantur, ut inter Administratos, & Prætores aliqua (in super hic habetur justitiæ distributio) notatur convenientia, nam omnibus (*Reg. Sched. 8. Decemb. ann. 1782. §. 12. præced. Sched. 21. April. ann. 1783.*) indulgetur, ne per Superiores, sive provincialium Capita in custodia possint, inconsulto Principe, seu mandatum Consilio supremo, ejusve Gubernatore decernente, detineri; ortum, ni videtur, (respuatur judicium) ducere hæc indulgentia, ne parvi pendatur hujusmodi dignitates: ne vassalli, in quibus major mentis claritas non reperitur, subjectionem refugiant, quia si dignitates contemnantur, obsequium deficiet: ut evitentur casus, inferioribus præsertim causam ad timide in justitiæ distributione procedendum præbentes; rem bene aut male agere multoties in plena operantis libertate consistit: sine ea quid mirum justitiæ prout in concreto vacillare! Dum homines aspiciunt, majore in dignitate positos displicere gerenda, cum timore operantur, injungiturque necessitas interea temporis supercedendi in præjudicium vassallorum, seu temperamento aliquo actionem honestandi; ut hæc libertas semper attendatur, justissime fuit decretum judices supremos (*Leg. 25. tit. 4. lib. 2. 17. tit. 6. lib. 3. Audi. Acc. 57. in. 4. lib. 2. Recop. Castell. §. 16. tit. 3. lib. 2. Ind.*) commendatitias literas ad Ordinarios mitti non debere, utpote preces superiorum tamquam præcepta æstimari solent, atque libertatis vires mitescere.)

## JUDICIUM.

### SUMMARIUM.

- 1 *Judicium quid sit; quot vero & quæ seu principales, seu minus principales personæ ad illud constituendum requirantur; ad num. 7.*
- 2 *In judicio, seu processu summario que solennitates omitti possint, quæ vero non, ad num. 14.*
- 3 *In quibus causis judicium summarium institui possit, in quo solent, ac possit, ad num. 22.*
- 4 *An possit extra casum necessitatis & pietatis Judicium exerceri diebus feriatis; quot vero sint, & quæ feriarum species, ad num. 27.*
- 5 *Quid licitum vestimus sit circa dies feriatos, habita diversitatis feriarum ratione, ad num. 39.*
- 6 *Subneantur Additiones ex aliena manu, ad n. 92.*

Judicium sumptum pro causæ discussione, quæ coram iudice pro tribunali sedente fit, definitur, quod sit legitima controversia apud iudicem inter litigantes tractatio, seu disceptatio, & ad iudicium; Est in re communis, cum Glossa in cap. Forus 10. de verborum significat. verb. Judicium, ubi dicit, quod Judicium est legitimus altus duarum personarum, Actoris, & Rei super eadem questione super eodem iudice contracta.

Ad constituendum Judicium requiruntur ordinariæ tres personæ principales, scilicet *Judex, Actor, & Reus*. Inter litigantes 62. *Junta Gloria mag. lib. F ff. de Juridictis, cap. Forus 30. de verbor. significat.* Judex sic dic-

tus, quasi *Jus dicens populo, sive quæ Jure disceptet*; prout expresse habetur in cap. Justum est 1. *caus. 23. quest. 2. & in cit. cap. Forus 10. de verbor. significat.* est persona, quæ publica auctoritate Judicio præest, & quasi mediatore agens inter litigantes, rem controversam secundum Juris præscriptum definit, *arg. cap. In istis 3. dist. 4. & cit. cap. Justum est, & cit. cap. Forus*: Actor ab agendo dicitur, est persona, quæ actionem proponit, & prior ad Judicium provocat; *leg. in tribus 13. l. Qui prior 29. de Judicis, & talis in causis criminalibus proprie vocatur Accusator leg. inter. 20. leg. Accusatore 13. ff. de public. Judic. leg. Si accusatoribus 4. Cod. de accusat. & cit. cap. Forus 10. de verbor. significat.* expresse dicitur. Accusator vocatus est, quasi accusator, quia ad causam vocat eum, quem appellat. In causis autem civilibus proprie vocatur Actor, seu Petitor, *leg. inter. 62. de Judicis*. Reus sic dicitur non ad reatu, sed ad re, de qua disceptat, & est controversia, ut expresse habetur in cit. cap. Forus ibi: *Reus ad re, quæ petitur, nuncupatur, quia quamvis conscius sceleris non sit, Reus tamen dicitur, quæ in Judicio pro re aliqua petitur, est persona, quæ ab Actore provocatur, seu in Jus vocatur, & contra eam in Judicio agitur.*

Notanter autem dicitur est *tab. num. 2.* quod ad constituendum Judicium requiruntur tres personæ principales, quia ultra ipsas tres personæ principales solent intervenire alie personæ minus principales, seu accessoriæ, ut *Testes, Advocatus, Procurator, Tabellio, & alie nonnullæ, veluti Ministri Justitiæ, ut docet Communis praxis.* De his vero, quæ concernunt Judicem, Actorem,

Reum, Advocatum, & Procuratorem, *Vide verb. Judex, Actor, Reus, Testis, Advocatus & Procurator.* Judicium dividitur juxta quatuor causarum generas, scilicet à causa efficiente, seu ratione Judicis illud peragentis, dividitur in Judicium ecclesiasticum, & seculare. Judicium ecclesiasticum est illud, in quo coram iudice ecclesiastico disceptantur, & definiuntur causæ ad forum ecclesiasticum pertinentes. Judicium seculare est contra est illud, in quo coram iudice seculari, seu laico disceptantur, & definiuntur causæ ad forum seculare pertinentes. A causa finali, seu ratione finis, ob quem processus judicialis instituitur, dividitur Judicium in Civile, Criminale, & Mixtum. Judicium civile est illud, in quo Actor suum, vel alterius commodum privatum prosequitur, sive causa ex contractu, sive ex delicto descendat, non agendo tamen super delicto, seu crimine, Judicium Criminale est contra est illud, in quo agitur super crimine ad publicam vindictam, seu poenam publicam, sive ea corporis sit, sive pecuniaria applicanda Fisco, aut publici officii privato, & hujusmodi. Judicium Mixtum est illud, in quo partim civile, & partim criminaliter agitur, ut *g. cum de crimine aliquo, ut de furto, & damno illato, agitur ad interesse partis, & simul ad vindictam publicam.* A causa materiali, seu ratione materiæ controversæ Judicium dividitur in petitorium, & possessorium. Judicium petitorium est illud, in quo principaliter disceptatur de rei proprietate, dominio, vel quasi dominio, vel de jure aliquo in re, vel ad rem competente, ut si res vindicetur, hæreditas petatur, actio empti, depositi, commodati, aut alia simili-

Vix enim alibi summæ potestatis auctoritas majori cognoscitur energia, quam Regis in tribunalibus, ubi jus dicitur, justitiæ administratur, & Imperium in tota sua latitudine exercetur. Inevitabilia Judicia fore, ex quo hominum multitudo in civili coaliuit societate, partim ex naturali proclivitate dissidentium, partim ex innata cupiditate habendi, sicut necessaria, ut causæ controversæ inter cives publica auctoritate discuterentur; Jurispetitorum, omnium una est vox, & definitio. Ad hoc verificandum tres personæ principales concurrere, scilicet, Actorem, Reum, & Judicem, est in prolapu. Ordinem naturalem in omnibus iudiciis præcisè servare Judices debere, non est qui ambigit. Adscititii verò Judicium processus in Hispaniæ tribunalibus observantia, jussa multoties invenitur; (1) diversitas tamen Judiciorum à causis præsertim materiali, formalive provenit permittere equidem valet, sed dumtaxat de plano cognosci in possessionis summario, summarissimo & interim iudicio intentato, plenariis possessionis præparatorio: ut in Interdicto Div. Adriani, ex *gr. Carbon. Edicto*, cum mulier ventris nomine petit in possessionem mitti (2), redintegrandæ (3), ceterisque privilegiatæ naturæ. Præter hos vix cognoscitur Hispaniis tribunalibus summarium; sed plenarium possessorium, plerumque verò ordinarium petitorium. De singulis sigillatim tractare mare magnum æstimatur. Quæ enim actio, aut exceptio Clientibus conveniat introducere, casu occurrente, Causidicorum, Jurispetitorumve relinquunt præudente.

Ut non permaneat intacta materia, aliquidque in ejus cognitionem extendatur, attendi debet, quæ cum actione contendere in iudicio volentes se presentent: quippe cujuscumque sit naturæ, ordinariæ aut executivæ, tam canonico quam patio jure, ecclesiastici, secularesve Judices solemnitatibus observantiam ac processus formationem in utroque stabilitarum, effugere hæc possunt; sic est omnibus secularibus, & ecclesiasticis præventum (4); his utpote inseparabilis Regiæ Majestatis conceditur protectio, ut dispositiones canonice erga ipsam formationem dirigentes, in effectum perducantur (5); propterea quod si in minimum infringantur, venit recursus de vi in modo cognoscendi, & procedendi intentandus, & si bene instructus, decretum adnotatur, vel providetur lingua hispana. *Que el Juez en conocer, y proceder, como conoce, y procede, hace fuerza* (6).

(1) *Reg. Sched. 5. Sept. 1767. Ibi:* He ordenado entre otras cosas, para que se corrigiesen los abusos introducidos en los tribunales contra la pura, y recta observancia de las leyes del Reyno: *Reg. Sched. 11. Januar. 1770. Ibi:* Encargo a todos los tribunales, y Jueces estrechamente la observancia de las leyes:

(2) *L. 7. tit. 22. p. 3. Escodriñada,* è sabida la verdad del pleyto debe el juzgador dar su juicio. Pero pleytos, y ha que el juzgador non ha porque facer grande escodriñamiento, si non oirlos, è librarlos llanamente: è esto mismo decimos que debè ser guardado quando alguna muger finca preñada de su marido que finò, è demanda al juzgador en nome de aquella criatura que tiene en el vientre. Que dando ella pruebas, ò presunciones que era su muger legitima, è que è fincada preñada del, maguer las pruebas fuesen dudosas, è non lo digesen claramente, debe ser apoderada por juicio de aquellos bienes que demanda en nome de aquella criatura, è puede vivir, è mantenerse en ellos:

(3) *L. 2. tit. 13. lib. 4. Ibi:* Y restituyan à la parte deposeda hasta el tercero dia: *L. 3. ejusd.* Procediendo en todo sumariamente sin figura de juicio: *L. 5. ejusd.*

*Ibi:* Ordenamos, y mandamos à los Concejos, Justicias de los lugares donde esto acaeciese, que luego restituyan, y hagan restituir à los tales desposedos, y saquen de las prisiones à los que asi fueren presos, habida solamente sumaria informacion de que como las tales personas fueron presas, y les tomaron sus bienes, sin mandado de Juez legitimo. *L. 3. tit. 7. lib. 7. Ibi:* O que el dicho Concejo fue desposedo de la posesion de ello, que luego sin otra figura de juicio, y sin conclusion de causa, torne, y restituya, y haga tornar, y restituir al tal Concejo la posesion libre, y pacifica de aquello que hallare, que fue desposedo.

(4) *Vid. verb. Forum.*  
(5) *L. 37. tit. 3. lib. 1. cap. 7. Ibi:* A cuyo fin ordeno al mi Consejo este muy atento para que no se falte à lo dispuesto por los sagrados canones, cuya observacion me pertenece. *Vide verb. Forum.*

(6) *Auct. acord. 4. tit. 1. lib. 4. §. 2. Ibi:* Y que si por algun Juez Ecclesiastico se procede con injusticia notoria en defensa del que la padece, se dà el auto medio: de que el Juez en conocer, y proceder, como conoce, y procede, hace fuerza:



lis intentetur. **Judicium Possessorium** est contra est illud, in quo non de proprietate, vel dominio rei, sed de sola possessione, seu quasi possessione ejusdem contenditur, sive adipiscenda, sive retinenda, sive recuperanda. A causa formali, seu ratione formæ, in ipso servata dividitur **Judicium in Ordinarium, & Summarium.** **Judicium Ordinarium** (quod appellatur etiam *plenaryum*, seu *Solemnne*) est illud, in quo Judex cum ordinaria figura, strepitu **Judicii plenaryi**, & solemniter, servatis omnibus requisitis solemnitatibus, procedit iuxta plenum, & torale præscriptum Juris. **Judicium Summarium** (quod appellatur etiam *Extraordinarium*) est illud est contra, in quo Judex simpliciter, vel summarie, & de plano, sine ordinario, & solemniter strepitu, ac figura **Judicii**, sola facti veritate inspecta, procedit; *Clement. Dispensioam 2. de Judiciis, & Clement. Sæpe contingit 2. de verb. significat. & l. Nec quicquam §. De plano ff. de Offic. Procons.*

12 In **Judicio**, seu processu *Summario*, quamvis possint omitti illæ solemnitates, quæ Jure solum positivo requiruntur; non tamen omitti possunt illæ, quæ Jure naturali, aut gentium ad legitimam causæ decisionem sunt necessariæ, ut colligitur aperte ex *c. Clem. Dispensioam 2. de Judiciis, & c. Clem. Sæpe contingit 2. de verb. significat.* & tenet **Communis Doctorem.** Prima pars conclusionis ostenditur inductione allegando textum *cit. Clement.* Sæpe contingit: ubi **Clemens V.** determinans, & declarans, quid in judicialibus commissionibus, quæ fiunt à Principe, vel à jure, significant hæc verba, scilicet, quod procedatur simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura **Judicii**, seu summarie, dicit: "Nos autem dubitationem hujusmodi (quantum Nobis est possibile) decidere cupientes, hac in perpetuum vultura constitutione sancimus, ut Judex, cui taliter causam committimus, necessario libellum non exigat, nullis contestationem non postulet, tempore etiam **Feriarum** ob necessitates hominum indulgarum à jure procedere valeat, amputet dilationum materiam, litem, quantum poterit, faciat breviorum, exceptiones, appellationes dilatorias, & frustratorias repellendo; partium, Advocatorum, & Procuratorum contentiones, & jurgia, testimonique superflua multitudinem refrænando." Et infra post alia multa subdit: "Sententiam vero definitivam (citatis ad id, licet non peremptorie, partibus, in scriptis, & prout magis sibi placuerit) statuimus, vel sedens proferat etiam (si ei videbitur) conclusionem non facta, prout ex petitione, & probatione, & aliis actibus in causa fuerit faciendum."

14 Secunda pars conclusionis, scilicet, quod in **Judicio**, seu processu *summario* non possint omitti ea, quæ de **Jure naturali**, aut gentium, sunt necessaria ad legitimam

causæ decisionem, colligitur etiam clare ex *cit. Clement.* Sæpe contingit, & *verbor. significat.* ubi **Clemens V.** inter alia sic statuit. "Non sic tamen **Judex** litem abbreviet, quin probationes necessariæ, & defensiones legitimæ admittatur; citationem vero, ac præstationem juramenti de calumnia, vel malitia, sive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem hujusmodi intelligimus non excludi." Unde ex istis, & ex aliis, quæ ibi subjungit Pontifex, aperte colligitur, quod in **Judicio**, seu processu *summario* nequeunt à **Judice** omitti ea, quæ de **Jure naturali**, aut gentium sunt necessaria ad legitimam causæ decisionem, quia, si talia à **Judice** omitterentur, veritas occultaretur; & sic justa sententia sequi non posset.

15 **Judicium Summarium** in duplici causarum genere solet potissimum institui, scilicet in causis, quæ celerem requirant expeditionem; *Clem. Dispensioam, 2. de Judiciis, & in causis, quæ sunt modici valoris, & levis momenti; Auth. Nisi breves, & ibi Glossa, Bartolus, Baldus Cod. de sent. ex brev. recitand. Causæ celerem expeditionem requirunt sunt præsertim illæ, quæ recensentur in *cit. Clem. Dispensioam 2. de Judiciis*, ibi: "Dispensioam prorogationem litium, quantum intermedium sub illi ordini judicariis observatione causarum, docet experientia provenire, restringere in subscriptis casibus cupientes, statuimus, ut in causis super electionibus, postulationibus, vel provisionibus, aut super dignitatibus, personatibus, officiis, canonicatibus, vel præbendis, seu quibusvis beneficiis ecclesiasticis, aut super decimis... Nec non super matrimonialibus, vel usuris, & eas quoquomodo tangentibus, violandis procedi valeat de cetero simpliciter, & de plano, ac sine strepitu **Judicii**, & figura."*

17 Sic etiam summarie decidi solent causæ pauperum, pupillorum, viduarum, carceratorum, aliarumque miserabilium personarum: *Auth. de Mandatis Principum §. Sit tibi quoque Collat. 3. Item causæ alimentorum, lib. 2. ff. de Feriis, Sicut & causæ spoli, mercedis, & forensium, seu peregriorum; Engel. lib. 2. decr. tit. 1. num. 12. Reiffensuel. ibid. num. 48. Maranta part. 4. Specul. Auri dist. 9. à num. 166. & alii. Item causæ Religiosorum; cap. Olim 26. de accusationibus, Reiffensuel. loc. cit. num. 48. Maranta loc. cit. num. 170. & 171.*

18 Causæ modici valoris, & levis momenti diversimodè assignantur à **Doctoribus**, ut nota *Glossa in citat. Authent. Nisi breves*: ut illi enim censent esse modicam, & levem causam, que est usque ad quinquaginta aureos, *arg. l. 1. Cod. de Defensoribus Civitatis.* Alii autem putant illam esse modicam, & levem, quæ est ad trecentos aureos; *arg. Authent. De Defensoribus Civ. §. Et Judicare Coll. 3.* Vel usque ad decem libras auri, *arg. Authent. de Appel. §. Illud Collat. 3.* Alii tandem melius supradictis do-

17 Causa modici valoris, & de qua sine strepitu, & figura **Judicii** proceditur, æstimatur, si mille maravediorum non excedat summam, quamvis olim sufficerent quadriginta (1), municipalium statutorum casibus exceptis (2) regiorumve reddituum (3). Hodie ubi est in effectum perducta **Judicium** vulgò *Alcalde del Barrio* creatio, aut nominatio, si quantitas super quam intenditur, quingenta realia tegerit, eodem modo ab istis proceditur (4); sicut in **Judicis** dominialibus, si quantitas, valorem viginti monetarum, vulgò *Pesos* non adimpleverit (5).

- (1) *L. 4. tit. 9. lib. 3.* Mandamos que lo proveido en la ley diez y nueve de este titulo en la demanda de quatrocientos maravedis abajo, se entienda, y estienda à mil maravedis::
- (2) *L. 19. ejusd.* Mandamos que en los pleytos civiles, y sobre deudas, que fueren de quantidad de quatrocientos maravedis, y de hay abajo: no haya orden, ni forma de proceso:: lo qual todo no se entienda en los casos, y penas de Ordenanzas: *L. 2. tit. 10. lib. 5. Ind.* Todas las condiciones que se hicieren por la Justicia, Regimiento, y Fieles Ejecutores de las ciudades donde residiere Audiencia Real, contra qualesquier Tenderos, Regatones, y otras personas, hasta en cantidad de seis pesos de à ocho reales; y si fuere por pena de Ordenanza hasta la de tres mil maravedis, ó menos, las puedan executar::
- (3) *L. 5. tit. 5. lib. 7.* Ordenamos, y mandamos que en los pleytos que se movieren tocantes à las rentas, y à Propios de las Ciudades, Villas, y Lugares de nuestros

**Reynos, y Señorios**, que se libren, y determinen summarimente sin estrepito, y figura de juicio, segun se hace en nuestras rentas, y derochos::

(4) *Reg. Sched. 6. Octob. 1768. §. 6. Ibi: Y declaro, que la cantidad para los juicios verbales de que padece, y debe conocer cada Alcalde en su Quartel, ha de ser hasta quinientos reales:* *Reg. Sched. Aug. 1769. §. 15. Ibi: Por quanto nada importa, mas para la uniformidad de las ciudades capitales del Reyno con la Corte; se remita à cada una de las expresadas la instruccion de Alcaldes de Barria, que al establecimiento de Quarteles de Madrid se expidió con fecha de 21. de Octubre de 1768. con precision de cesarse à sus reglas sin la menor alteracion::*

(5) *L. 1. tit. 10. lib. 5. Ind.* Mandamos que sobre cantidad que baxe de veinte pesos no se hagan procesos, ni los Escribanos reciban escritos, ni peticiones de los **Abogados**::

docent modicitatem, & levitatem causarum dijudicandam esse prudenti arbitrio **Judicis** juxta diversam qualiteram personarum, quia una causa v. g. centum aureorum, quæ inter homines mediocri fortuna censeretur magna, inter duos Principes, vel valde divites reputatur modica; *Sic Glossa, & Bartolus in cit. Authent. Nisi breves: Reiffensuel. loc. cit. num. 50. Maranta loc. cit. dist. 9. num. 189.* cum pluribus aliis ibi citatis.

19 Causæ **Judicio** *summario* tractandæ, possunt etiam non contradicentibus partibus, tractari, & decidi **Judicio** ordinario, & solemniter, textu expresso in *cit. Clement. Sæpe contingit 2. de verb. significat. §. final.* Ibi: *Si tamen in premisis casibus solennis ordo judicarius in toto, vel in parte, non contradicentibus partibus, observetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.* Si tamen **Judicium**, quod ex sui natura fuisset *summarium*, ex **Actoris** electione reddatur *ordinarium*, tunc sententia prolata, non servatis solemnitatibus juris, erit nulla, & invalida, quia, ex quo **Actor** sua sponte elegerit, & adhibuerit **Judicium** ordinarium, cum posset tenere *summarium*, sententia debet proferri sub pœna nullitatis secundum præscriptas solemnitates in tali **Judicio** ordinario, & solemniter observandas; *Cardin. de Luca tom. 3. disc. 1. de Judiciis num. 12. & §. 53. Reiffensuel. l. c. num. 51. & alii.* Sententia enim prolata in **Judicio Ordinario**, & solenni, non servatis solemnitatibus à **Jure** præscriptis, & requisitis, est nulla; *l. Prolatam C. de sent. & interloc. omnium judicium, c. In causis 19. de sententia, & re judicata, Card. de Luca l. c. num. 11. & §. 12. Reiffensuel. l. c. num. 43. & alii.*

22 Valida autem est sententia prolata in **Judicio** *summario*, quamvis non servatis plerisque solemnitatibus à **Jure** positivo exquisitis, sint observata illæ, quæ **Jure naturali**, aut gentium ad legitimam causæ decisionem sunt necessariæ; *cit. Clementin. Dispensioam 2. de Judiciis, & in alia Clem. Sæpe contingit 2. de verb. significat. & patet ex dictis supra num. 12. & 13.* *Sic Barbosa in d. Clem. Sæpe contingit num. 1. seq. Reiffensuel. loc. cit. num. 41. Maranta part. 4. Specul. Auri disp. 9. num. 9. & seq. & alii communiter.*

23 **Judicium** extra causam necessitatis, & pietatis nequit exerceri diebus feriatis, sive sacris, sive profanis, *l. 1. ff. de Feriis, leg. Si Feriatis ff. eod. §. lib. 2. Cod. eod. cap. Omnes dies 1. & cap. Conquestus 5. de Feriis.* Dicitur *nocturnus sive sacris, sive profanis*, quia feriatur tres sunt species, scilicet *ferie sacra, rustica, & repentina. Feria Sacra sive solemnis* sunt illæ, quæ ob reverentiam, & cultum **Dei** principaliter sunt institutæ, ut sunt omnes dies festi de præcepto, de quibus fit men-

tio in *cit. e. Omnes dies 1. & cit. cap. Conquestus 5. de Feriis*; & præsertim in *Bulla Urbani VII. incip. Universæ. Feria Rusticæ*: (quæ etiam vocantur necessariæ) sunt illæ, quæ ob necessitates hominum præsertim ruri laborantium, instituantur, ut sunt *feriæ messium, & vindemiarum*, de quibus fit mentio in *cit. cap. Conquestus 5. de Feriis §. ultim. & in l. 1. ff. de Feriis. Feria repentina* sunt illæ, quæ non ex certa, & stabili lege constituuntur, sed extra consuetum ordinem repente, & subito inducuntur, ut solet fieri ob coronationem **Principis**, aut ejus adventum, vel ob insignem victoriam de hostibus reportatam; *l. Sed & si §. Si Feria ff. Ex quibus causis majores &c.* Item propter hostilitatem, vel grasantem publicam litem, aut similem causam extraordinariam, & tales repentinæ feriæ solus **Princeps**, non autem **Judex** auctoritate propria indicere potest; *leg. A nullo Cod. de Feriis.*

28 Prohibito exercendi **Judicium** diebus feriatis extenditur ad omnes **Judicii** partes, quæ regulariter sunt tres. Prima est inchoatio causæ per **Rei** citationem, præsertim executivam per apparitorem, sive **Nuntium** faciendæ, cum spectet ad actus **Judicii**, ut patet ex *cap. Quoniam 21. de probationibus*, ibi: *Qui fideliter universa **Judicii** acta conservant, videlicet citationes, dilationes &c. nequit ex rigore **Juris** fieri diebus feriatis, ut expressè tenent Rots in causa Bononien. liberationis à Fidejussione 9. Februar. 1607. apud Farinaccium lib. 2. dec. 233. num. 4. & tenet **Baldus in l. Cum Clericus num. 33. Cod. de Episcop. & Cleric. Lantancus tract. de Cit. num. 18. Reiffensuel. l. 2. Decr. tit. 9. num. 54. Abbas in c. Conquestus 5. de Feriis num. 20. Fagnan. ibid. num. 56. allegans praxim, & aliam decisionem Rotsæ, quæ est decis. 365. num. 1. part. 3. recent. & alii arg. cit. c. Conquestus 5. de Feriis, & lib. ult. Cod. eod. ubi videtur actus iste specialiter fuisse prohibitus his verbis: Nulla quemque urgeat admonitio, præconis horrida vox silens.***

30 Secunda pars **Judicii** est processus, qui fit per causæ cognitionem, examinatis, & juratis testibus, exhibitisque literis probatoriis, & hæc pars **Judicii**, cum sit vera, & proprie actus **Judicialis**, prohibetur fieri sub pœna nullitatis diebus feriatis *cap. Omnes dies 1. & c. Conquestus 5. de Feriis, l. 1. de Feriis jurjurandi C. de Testibus* cum similibus, & sic tenet **Communis Doctorem**. Tertia est sententiæ prolatio, ejusque executio, & hæc pars **Judicii** cum sit propiissime actus **Judicialis**, prohibetur expressè fieri diebus feriatis sub pœna nullitatis, *cit. cap. Omnes dies; Cod. eod. cum similibus*, & tenet **Communissima Doctorem**.

31 Quovis etsi in **Judicio**, ex sui natura ordinario juris solemnitates omitti nequeant, tamen omissis aliquibus, ita ut veritas sollicitudinis adhuc ex actis appareat, in tribunalibus specialiter superioribus, nè majora præjudicia partibus inferantur, circa justitiam, negotiivè injustitiam definitivè proceditur: præcipue si pars, quæ sunt de substantia **Judicii** observari non poterit (1); dominis **Judicis** veritate tantummodò inspecta etiam inferioribus, præcipue si causa maximi haud fuerit momenti, est commendatum (2); quamvis de partium assensu feriis rusticis queat **Judicium** inchoari, ad audientiam præstandam, minimè **Judex** adstrictus manet (3).

- (1) *L. 10. tit. 17. lib. 4.* Acasese muchas veces, que desque los pleytos son contestados, y traídos testigos, y razonado en los pleytos de todo lo que las partes quieren decir y razonar, y concluso el pleyto para dar sentencia, y à las veces dada, estando el pleyto en apelacion, y a los superiores: O que desfalacen las otras solemnidades, y substancias de la orden de los juicios, que los derechos mandan, ó alguna dellas, conteniéndose todavia en la demanda la cosa que el demandador entendiò demandar, ó el acusador pedir, seyendo hallada, y probada la verdad del fecho por proceso: los determinen, y juzgen segun la verdad, que hallaren probada en los tales pleytos: y ansimismo, que si las cosas que fueren de substancia del juicio, y la parte plidiere, declarándolas, que la otra parte las guarde, y no quisiere, seyéndole mandado, y lo mismo en no jurar de calumnia seyéndole pedido, y mandado dos veces, que entonces sentenciando el Juez, sin se hacer lo suodicho, sea el pleyto habido por ninguno, y el Juez condenado en costas.

- (2) *L. 83. tit. 15. lib. 2. Ind. Ibi: Y no den lugar, que en los pleytos entre Indios, ó con ellos, se hagan procesos Ordinarios, ni haya dilaciones, como suele acontecer por la malicia de algunos Abogados, Procuradores, sino que summarimente sean determinados, guardando sus usos, y costumbres, no siendo claramente injustos; y que tengan las Audiencias cuidado, que asi se guarde por los otros Jueces inferiores.* *L. 10. tit. 10. lib. 5. ejusd.* Los pleytos entre Indios, ó con ellos, se han de seguir, y substanciar summarimente: y determinar la verdad sabida, y si fueren muy graves, ó sobre Cacicazgos, y se mandare por Auto de la Audiencia que se formen procesos Ordinarios, hágase assi:
- (3) *L. 28. tit. 2. p. 3.* Aveniéndose el demandador, è el demandado para entrar en juicios en los días feriados que en esta otra ley diximos, que son para coher el pan, è el vino, bien lo podrian hacer, si el **Judgador** de su voluntad los quisiere oír, è valdria todo lo que fuere fecho en ellos, bien ansi como si non fuesen feriados::



32 Judicium adeo prohibitum est exerceri feriis sacris, ut neque de consensu partium possit in ipsis valide exerceri, textu expresso in cap. Conquestus 5. de Feriis, ibi: Quibus utique solemnibus feriis (nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat) usque adeo convenit ab hujusmodi abstinere, ut consentientibus etiam partibus, nec processibus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus hujusmodi promulgari. Et sic tenet Communis Doctorum. Et ratio est, quia ferie sacræ, utpote in honorem Dei institutæ principaliter concernunt cultum divinum, cui partium consensu renuntiari, & præjudicari nequit. Item neque de consensu partium potest judicium exerceri feriis repentinis, quia iste ferie respiciunt potius publicum, quam privatum partium favorem; arg. l. Omnes dies, Cod. de Feriis. Pacto autem, seu consensu privatorum nequit derogari favori, ac juri publico, c. Si diligenti 12. de foro competentis l. Jus publicum ff. de Pactis, Glossa in Clement. Sape contingit, de verb. significat. verb. Ob necessitates: Abbas in cap. Omnes dies 1. de feriis num. 11. Fagnan. in cap. Conquestus 5. de feriis num. 7. & sequent. Reiffenstuel lib. 2. decret. tit. 9. de Feriis num. 32. Speculator eod. tit. §. Nunc videamus num. 1. & alii. Potest tamen de consensu partium exerceri judicium feriis rusticis, textu expresso in cit. cap. Conquestus 5. de Feriis, ibi: Licet diebus feriatis, quia gratia vindemiarum, vel messium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processeris voluntate; & concordat l. Omnes Judices Cod. de Feriis, & l. 1. ff. eod. Et ratio est, quia tales ferie concessæ sunt principaliter in gratiam privatorum, ne scilicet occasione iudicii præpediantur à commoditate colligendi fruges suas: sic autem, quæ in sui gratiam sunt concessæ, seu introductæ, possunt partes libere renuntiare, textu expresso in l. Si quis 29. Cod. de Pactis ibi: Cum sit regula juris antiqui omnes licentiam habere iis, quæ pro se introducta sunt, renuntiare.

35 Omnibus feriis, sive sacris, sive repentinis, sive rusticis potest exerceri iudicium ratione necessitatis, aut pietatis, Communis textu expresso in cit. cap. Conquestus 5. de Feriis, ubi à generali prohibitione exercendi iudicium diebus Feriatis, excipiuntur duo præmissi casus his verbis expressis; Nisi necessitas urgeat, vel pietate suadeat. Hinc ratione necessitatis, sive publicæ, sive privatæ, possunt tunc expediri causæ, quæ celeritatem requirunt, ut si res propter dilationem peritura esset, v. g. si oriatur controversia circa collectionem fructuum ceteroquin peritorum, vel circa capturam piscium raro, aut certis solummodo diebus apparentium; arg. cap. Licet 3. de Feriis, & l. Solet ff. eod. Sic causæ respicientes alimenta necessaria possunt expediri diebus feriatis, cum talibus alimentis indigeamus omnibus diebus l. Publicas Cod. de Feriis. Item diebus feriatis potest procedi contra malefactores, & facinorosos latrones, quia ex captura facinorosorum hominum sequitur purgatio provinciarum, & salus, & securitas plurimorum innocentium. Item diebus feriatis potest carcerari debitor suspectus de fuga, ut notat Glossa communiter recepta in l. ultim. Cod. de Feriis ibi: Nisi timeatur de recessu. Sic de primo ad ultimum ratione necessitatis possunt diebus feriatis exerceri omnes illi actus judiciales, qui ob defectum testium, seu Judicis, aut alterius impedimentum nequeunt exerceri aliis diebus. Et ratio est, quia ex c. Quod non est 4. de Regulis juris: Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum.

37 Ratione pietatis possunt diebus feriatis exerceri actus judiciales pro causis debilibus, vel miserabilibus personarum, quia sicut suadet pietas, & in operibus pietatis, & misericordie non est habenda distinctio dierum, arg. cap. Utinam omni tempore 11. dist. 76. & cap. Numquam 33. de consecrat. dist. 5. Et sic tenet Glossa in cit. cap. Conquestus 5. de feriis, verb. Pietas:;

Speculator tit. de feriis §. Sequitur num. 1. & seq. Hostiensis in Summa tit. de feriis num. 4. & alii communiter. Item diebus feriatis ratione pietatis tractari possunt causæ, quæ ad religionem spectant. Nam Summa esse rationem, quæ pro Religione facit, patet ex Lege Sunt Personæ ff. de religiosis, & sumptibus funerum; Et de facto diebus festis solent judicari, & puniri Hæretici ad majus aliorum tunc confluentium terroris exemplum. Item ex motivo pietatis possunt diebus feriatis tractari, & definiti ea, quæ spectant ad pacem, & concordiam, l. ult. Cod. de Feriis.

In causis summaris, seu de plano tractandis potest exerceri iudicium tempore feriarum rusticarum, textu expresso in Clem. Sape contingit 2. de verb. significat. ibi: Sancimus, ut Judex, cui saliter causam committimus... tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indulgentur à jure, procedere valeat; Et sic tenent Doctores communiter. Non potest tamen iudicium exerceri in causis summaris extra causam necessitatis, aut pietatis tempore feriarum sacrarum, & repentinarum. Glossa communiter recepta in citat. Clem. Sape contingit, verb. Ob necessitates, de verbor. significat. Abbas ibid. n. 28. & 29. & alii passim argumento à sensu contrario desumpto ex citat. Clementina. Sape contingit: ibi enim causæ Summarie permittuntur solum tractari, & definiti tempore feriarum ob necessitates hominum indulgentur à jure, quales sunt ferie rusticæ, sive messis, atque vindemiarum, aliaque ad mitigandos calores æstivos concessæ, adeoque secus est dicendum de feriis sacris, & repentinis ibi non expressis, & non exceptis, quia exceptio unius firmat regulam in contrarium, l. In iis, quæ ff. de Legibus; & Glossa ibid. expresse ait: Exceptio à regula firmat regulam in aliis; sive exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, ut inquit Fagnan. in cap. illa, num. 31. Ne Sede vacante; & late probat Barbosa Axiomat. 85. num. 4. (Vid. lit. ff. pag. 41. col. 1. in add. nov.)

De Judiciis tamen hæud parce disserat Auctor, libet tamen pauca, sed ordine servato habere.

Judicium non male definitur: Ordo iudicarius, quo coram Judice competente causa controversæ disceptatio inter Actorem, & Reum legitime peragitur, ut sententia sit finitura, & Reum cuique tribuatur.

De iudicii divisionibus hic agit Auctor, sed congruentius Bohem. Introduct. in jus digest. l. 5. tit. 1. n. 2. & seq.

Quatuor in omni iudicio consideranda sunt. Primum est legitima pertractatio secundum ordinem præscriptum, ne nullitas in processu lateat; leg. 4. Cod. de sentent. & Interloc.

Hinc non est incongruum inquirere, utrum iudicium in citatione, an à litis contestatione initium capiat. Hæc autem obtinet distinctio. Quantum ad fundandum Jurisdictionem iudicis, initium iudicium capit à citatione, ac propterea inducit citatio præventionem, & litis pendentiam. Quantum vero ad litigantis nonnisi à litis contestatione initium caput iudicium, Stryk in usu moderno Pand. lib. 5. tit. 1. §. 5.

De antiqua forma litis contestationis adhibitis testimoniis factæ videri possunt Vultejus de iudic. lib. 3. cap. 1. num. 7. & 5. Obrechius de litis contestat. cap. 5. num. 2. & sequent. De hodierna vero litis contestatione confer Bohemer. Introd. in jus digestorum lib. 5. tit. 1. num. 5. & plur. sequent.

Plures vero sunt effectus litis contestationis, qui citationi tribui nequeunt. Primo enim malam fidem inducit. Secundo, impedit mutationem libelli. Tertio, constituit Procuratorem dominum litis. Quarto, inducit quasi contractum, novationemque. Quinto, (quod est consentaneum præcedentis effectus) facit actiones ad hæredes transitorias, & temporales perpetuas. Sexto, pertinet post contestationem litis omnis causa, & utilitas rei ad officium iudicis. Septimo, dilatorias excludit exceptiones. Ad de his, & aliis effectibus Stryk. in usu moderno Pand. lib. 5. tit. 1. §. 4. Bohemer. Introd. in jus digestorum l. 5. tit. 1. num. 10.

Alterum in omni iudicio considerandum est legitima

54 iudicis persona, coram quo processus peragitur. In omni autem iudice primo requiritur habitus. Inhabilitas autem vel est naturalis, vel civilis, & civilis vel est absoluta, vel secundum quid, consule Bohemer. Introd. in jus digestorum lib. 5. tit. 1. num. 12. qui rem exemplis illustrat.

57 Secundo in iudice requiritur Integritas, ut præstet officium viri boni. Quocirca permixtum est litigantibus Judices suspectos recusare. An vero integrum collegium recusari possit, non conveniunt DD. Sunt qui affirmant, si maxima pars collegii sit suspecta, Strauth. dissert. Juris Publici. 13. Mev. p. 1. decis. 194. fere per tot. Sed id restringunt ad inferiora tribunalia, Vultejus de iudic. lib. 2. cap. 7. num. 266. Blum. in process. Canon. tit. 25. §. 1. Sed fateor (inquit Stryk. in usu moderno Pand. l. 5. tit. 1. §. 1.) omnino publica rei salutem exigere, ne facile recusetur Summa tribunalia, quod si tamen legitime probata causa adit, non video, quid recusationi obstat.

59 Quod attinet ad modum proponendi recusationem; Jure civili in libello recusationis suspicionem generaliter allegare sufficit, præstito tamen juramento calumpnie. At Jure canonico causa in libello exprimens. Cognitio vero de illa vel coram arbitris expeditur, vel ad Superiorem devolvitur; Bohemer. Introd. in jus digestorum lib. 5. tit. 1. num. 14.

61 Pertinet hæc etiam Juramentum perhorrentiæ Jure canonico introductum, quod hujus efficaciam est, ut illo præstito quis coram illo iudice, apud quem litigare perhorrescit, se sistere non teneatur, sed causa ad Superiorem devolvatur; Vide de hoc perhorrentiæ juramento Felmann in tractatu ita interipto.

63 Requiritur tertio in iudice competentia, quæ duplex, tum respectu Jurisdictionis, ut habeat illam Jurisdictionis speciem, ad quam pertinet controversia; tum respectu reorum ex quorum persona ordinariæ competentia iudicis estimatur. De hoc autem foro competente innotuit reorum consulendus præ ceteris Voet. in Comm. ad Pand. lib. 5. tit. 1. fer. per tot. qui materiam pro dignitate tractat.

65 Tertium in omni iudicio considerandum concernit legitimam litigationem personarum, id est Actorem, & reum.

67 Actor in iudicio dicitur, qui quod sibi debetur persequitur; Reus vero, qui contra Actoris persequutionem se defendit, ejusque elidit intentionem.

In Actore primo requiritur, ut habeat legitimam personam standi in iudicio. Hanc non habent servi, excommunicati, banniti, Majores Magistratus, durante officio, Minores, & Pupilli absque Curatore, vel Tutore, Prodigii, & Filii familias; Bohemer. Introd. in jus digestorum lib. 5. tit. 1. num. 39. Monet vero idem Auctor loco mox citato, Majores Magistratus hodiernis moribus, durante etiam officio agere posse. Tum monet Filiosfam. in peculio castrensi, & quasi castrensi libere agere posse, in peculio vero adventitio extraordinario agere debere consentiente patre, si pater potuisset usum

fructum acquirere, & in peculio adventitio ordinario patrem ipsum agere debere, filio consentiente.

Tenet Groenweg. de leg. abrog. l. 5. digest. tit. 1. leg. 4. posse hodie filiosfam. quacunquæ causa contra patres agere, non obstante patrie potestatis vinculo. At Stryk in usu moderno Pand. lib. 5. §. 33. sententiam hanc temperat, si de illis bonis quæstio sit, & quorum ususfructus patri non competit, vel etiam de bonis maternis, patre ad secunda vota transeunte.

Nec aliquid hæc in re innovavit Jus canonicum in cap. 11. de sponsalib. In eo enim causam singularem esse, ubi pater uxorem filii detinet, ex contextu apparet, quo casu, ut & omni alio ubi manifesta patris injuria, nec hodie beneficium implorandi auxilium Judicis filio denegandum.

Secundo in Actore requiritur, ut ipse volens, & sponte agat: Tribus vero casibus ad agendum compelli quis potest. Primo, si alterius ex jure perfectio intertisi alterum agere, vide leg. 8. in fine ff. de optione legata, leg. 2. §. penult. & ultim. ff. ad Rhodium de factu, leg. 13. §. 30. ff. de Actionibus empti. Secundo, si quis ad agendum teneatur ex officii necessitate, ut Tutor, Curator &c. Tertio, si quis ad agendum provocetur per remedia, quæ ex leg. Diffamari, Cod. de Ingeniis & manumis. & l. Si contendat ff. de Fidejuss. usi forensi moto concursu. Huc etiam pertinet provocatio creditorum moto concursu.

Qui agere in iudicio haud possunt, regulariter nec Actores esse queunt, si excipiantur excommunicati, & banniti, ne aliàs beneficio afficiantur. Id vero nota quoad Reos, alium pro alio conveniendum haud esse, nisi primo aliquis nexus subsit. Secundo, aliquando per indirectum Jus pignoratoris, vel repræsentiarum adhibetur, de quarum requisitis alibi agendum.

Quartum considerandum in omni iudicio respicit qualitatem causarum peragendarum, quæ variis sunt generis, alterantque ipsum processum, immo & forum. Interest autem, ut justo ordine, ubi plures concurrunt, proponatur, in his autem regulis fundatur ordo. Primo, præcognosci illa debent, sine quibus cetera intelligi haud possunt; uti sunt causæ præjudiciales, Hæritus de ordine causarum in Jud. tractat. §. 2. & sequent. Hæc si in causa principali incidenter moveantur, tamdiu principalis ipsa causa sistitur, donec iudicatum de incidenti sit ab eodem iudice, tamen aliàs cognoscere de ea principaliter haud valeat, leg. 14. Cod. de Test. leg. 1. Cod. de ordin. Judic. Secundo in illis, quæ non coherant, aut ab altero dependent, proponendum est præstantius. Inde fit, ut criminalis quæstio mota ab Actore terminanda sit præ civili à reo mota, Hæritus ubi supra §. 1. & seq. Eadem de ratione quæstio à Fisco mota citra rem suspendit privatam actionem de eadem motam, leg. 35. ff. de Jure Fisci. Tertio, preparatoria primum tradenda, deinde principalia. Atque hinc est, quod causæ possessionem ante controversiam de proprietate sint finiendæ, nisi in petitorio res sit aperta.

Inter eos legitimam personam non standi in iudicio habentes, omittitur numerari mulierem consortio in conjugali viventem; nec mentio fit veniæ, qua indigent filii familias, dum patrem, matrem, aut alios in infinitum utriusque sexus ascendentes convenire intendunt: primo in casu agere, neque se defendere absque consortis licentia in iudicio possunt (1): dissipationis dotis causa excepta (2). Ad eam præstandam bene valet Judex, maritum compellere, præcedente legitima, necessariaque causæ cognitione; at verò si renuerit iure, decretum iudiciale sufficiens erit (3): sicuti sat erit sub ejusmodi causæ cognitione, si maritus abfuerit, de proximoque se venire haud speraretur (4); in secundo, prius veniam libelli in exordio (sic praxis amplectitur) à iudice petent, cau-

(1) L. 2. tit. 3. lib. 5. La muger durante el matrimonio, sin licencia de su marido, como no puede hacer contrato alguno, asimismo no se puede apartar, ni desistir de ningún contrato: ni estar en juicio, haciendo, ni defendiendo, sin la dicha licencia de su marido: y si estuviere por sí, ó por su Procurador, mandamos que no vala lo que ficriere:.

(2) L. 29. tit. 11. p. 4. Ibi: Si temiere la muger, que le degastará, ó le malmeterá su dote, puede demandar por juicio, quel entregue della: ó quel de recabdo que la non enagene, ó que la meta en mano de alguno que

(3) Ferrar. Bibliothec. Tom. IV.

cau-

la garde, è que gane con ella derechamente, ó de las ganancias guisadas, è honestas que les dé dellas onde vivan. E esto puede hacer desta manera: maguer dure el matrimonio:.

(3) L. 4. tit. 3. l. 5. El Juez con conocimiento de causa legitima, ó necesaria compela al marido que de licencia à su muger, para todo aquello que ella no podría hacer sin licencia de su marido; y si compellido, no se la diere, el Juez solo se la podrá dar.

(4) L. 6. ejusd. Quando el marido estuviere ausente, y no se espera de proximo venir, ó corre peligro en la



(Sufficiat in præsens recognoscere quæ lit. A ex pag. 39. ad 48. verb. Actor, Advocatus, Appellatio, Clericus, Decimæ, Delegatus, Familiaris, Festa, Forum, Laicus, Probatio, Procurator, Reus, Sententia & noviter exponuntur. Nemini celatur quod, licet multum explanationis hæc materia posset admittere, erat pernece, non parvum iri insumptum temporis spatium, ac plurima folia implenda; numquam ordine, quo Auctor se gerit, amplificari poterat, nam judiciorum distinctio, ab eodem proposita, corpora juris hispânci amplectitur, non vero specifica, & literali expositione, quæ advertitur: ideo suspenditur aliquid adnotare, quia ex omnibus, hoc opere inseritis, hujus verbi intelligentia patet. Qui optaverit bene hanc animadvertere, postquam tit. 2. usque ad 22. p. 3. tit. 7. ad 16. lib. 2. For. Reg. tit. 2. ad 15. lib. 3. Ord. Reg. & tit. 2. ad 17. lib. 4. Recop. Castel. in quibus determinata in judiciorum efformatione usque ad sententiam definitivam præscribuntur, adeat, & confugiat ad D. Gonzalo Suarez de Paz in sua praxi seculari, atque ecclesiastica, ubi eadem, & majori elucidatione omnia pertinguntur.)

## JUDICIUM TEMERARIUM, SUSPICIO ET DUBITATIO.

### SUMMARIUM.

- 1 *Urbiorum, suspicio, ac dubitatio inter se differunt.*
- 2 *Dubitatio quid sit.*
- 3 *Suspicio quid sit.*
- 4 *Suspicio alia est levis, alia gravis, & alia violenta, & quæ sint.*
- 5 *Judicium quid sit.*
- 6 *Judicium aliud est prudens, & aliud imprudens, seu Temerarium, & quale sit utrumque.*
- 7 *Sic dubitatio, & suspicio alia est prudens, & alia imprudens, seu temeraria, & qualis sit utraque.*
- 8 *Assignantur indicia sufficientia, vel insufficientia ad judicandum, suspicandum, vel dubitandum de vitio, vel crimine alterius.*
- 9 *Judicare, suspicari, vel dubitare de alterius vitio, seu crimine prudenter, & ex sufficientibus indicis, per se loquendo nullum est peccatum.*
- 10 *Judicium temerarium absque sufficientibus indicis de vitio, vel crimine proximi in materia gravi deliberate conceptum, est peccatum ex genere suo mortale.*
- 11 *Ad hoc ut judicium temerarium sit peccatum mortale, tres requiruntur conditiones, quæ assignantur.*
- 12 *Raro omnes tres allate conditiones una simul interveniunt, adeoque raro judicium temerarium est mortale.*

causis castrensibus, aut quasi, præ aliis, etiam exclusis (5): quamvis emancipatus fuerit majorque viginti quinque annorum (6): sin minor, prævia petita venia, curator ad litem nominandus venit (7).

tardanza, que la justicia con conocimiento de causa, seyendo legitima, ó necesaria, ó provechosa á la muger, pueda dar licencia á su muger, la que el marido le avia de dar, la qual así dada, vala, como si el marido se la diese.

(5) L. 2. tit. 2. p. 3. Demanda queriendo facer un ome á otro en juicio, debe catar ante que la comience quien es aquel contra quien la face. Ca por aventura tal ome seria, contra quien non la podria facer sobre todas cosas. Ca si fuese padre, ó abuelo que lo toviese en su poderio non puede facer demanda contra él, por el debdo de la naturaleza: Pero razones hay, porque tambien contra el abuelo, como contra el padre natural en cuyo poderio estuviesen, è a un contra el que oviese profijado, podria el que estoviese en su poder, mover demanda en juicio, sobre cosas que fuesen suyas quitamente: L. 11. tit. 17. p. 4. Ibi: Aducir non debe el hijo al padre, sino fuese por razon de ganancias, en manera, que es llamada peculiar castrense, vel quasi castrense:

- 13 *Suspicio temeraria de proximi vitio, seu crimine ex genere suo est peccatum veniale tantum.*
- 14 *Potest tamen suspicio temeraria evadere peccatum mortale per accidentem.*
- 15 *Dubitatio temeraria positiva de vitio, vel crimine alterius, per se loquendo est solum peccatum veniale.*
- 16 *Dubitatio autem temeraria negativa de vitio, seu crimine alterius nullo modo est peccatum, ad n. 18.*

Hæc tria scilicet, *Dubitatio, Suspicio & Judicium* inter se differunt. *Communis ac certa, & patet ex earum definitionibus quæ mox dantur. Dubitatio enim non est verus assensus, sed veluti suspensio animi in neutram partem sese determinantis, ac veluti in ancipiti hærentia. Est in re communis. Suspicio est assensus debilis junctus cum formidine de opposito. Est in re communis. Hæc suspicio alia est levis, alia gravis, & alia violenta. Suspicio levis est, quæ assensum valde debilem, multum vero dubitationis, vel formidinis de opposito habet. Suspicio gravis, seu vehemens est, quæ plus assensus, & minus formidinis, vel dubitationis de opposito habet. Suspicio violenta (quæ in cap. Ex litteris 12. de præscript. appellatur violenta, & certa suspicio) est, quæ plurimum assensus, & valde parum, vel vix aliquid dubitationis, vel formidinis de opposito continet, adeoque pertingit ad integram persuasionem, seu credulitatem ex conjecturis, seu indicis haustam. Judicium est plenus, & firmus animi assensus, vel credulitas. Est in re communis.*

Judicium aliud est prudens, quando scilicet nititur sufficientibus indicis, seu conjecturis ad generandum firmum assensum de alterius probitate, vel improbitate. Aliud vero est imprudens, seu temerarium judicium, quando scilicet sufficientibus indicis, seu conjecturis non innititur. Et sic dubitatio & suspicio est prudens, si innititur, & temeraria si non innititur sufficientibus ad rationabiliter dubitandum, vel suspicandum indicis, seu conjecturis. *Communis.*

Indicia sufficientia ad judicandum, & suspicandum, vel dubitandum de vitio, vel crimine alterius, sunt v. g. videre hominem noctu accedere ad domum suspectam, vel infamen, aut inde exire. Videre hominem noctu admotis scalis tentare aperire fenestram alicujus domus, & hujusmodi. Indicia autem insufficientia sunt videre hominem honestum, & aliàs bonæ fame claræ die transire per talem domum, vel plateam, ubi fumina infamis habitat. Videre hominem claræ die coram vicinis, & transeuntibus palam admovere scalam, tentare, aperire fenestram alienius domus, & hujusmodi, quia licet possit quis positus, & visis primis indicis prudenter judicare, vel suspicari, quod unus fuerit adulter, & alter fur; non sic tamen positus, & visis solum secundis indicis, cum potius tunc debeat prudenter judi-

(6) L. 4. tit. 7. p. 3. Natural razon es, è derecho que los hijos hayan reverencia, è fagan honra á sus padres: E por ende tovieron por bien los sabios antiguos, è defendieron que el fijo, nin el nieto, non pueden facer emplazar para aducir en juicio al padre: Pero el fijo que fuere salido del poder de su padre, bien lo podria facer emplazar en juicio con otorgamiento del judgador.

(7) L. 7. tit. 7. p. 3. Ibi: Eso mismo decimos que debe ser guardado, quando aquellos que diximos, que están en poder de otro quieren comenzar alguna demanda en juicio. Ca si aquel que tiene en su poderio algunos dellos non fuere en la tierra do quiere facer la demanda, el fijo, ó el nieto la puede por sí mismo facer, seyendo mayor de veinte è cinco años. Mas si fuese menor, el juez del lugar le debe dar alguno que sea su guardador en aquel pleyto, è que le ayude en la demanda, que non resciba engaño en ella. Ca de esta guisa puede facer su demanda, mas que non esté delante aquel en cuyo poder está.

dicare talem non animo adulterandi, sed alio justo, & honesto fine dictam domum, vel plateam transire, & alium non animo furandi, sed ob aperendam propriam domum, non aliter propter amissam clavem, sic de facili aperibilem, quam admoa scala fenestram ascendere. Generatim igitur illa dicuntur indicia sufficientia ad judicandum, suspicandum, vel dubitandum de vitio, vel crimine alicujus, quoadcumque illa ex se, vel communi suo hominum sunt ut plurimum conjuncta cum tali effectu malo, de quo quis judicat, suspicatur, vel dubitat. Illa autem dicuntur indicia insufficientia, quæ ex se, vel communi suo hominum sunt indifferentia; aut raro conjuncta cum tali effectu malo, de quo quis judicat, suspicatur, vel dubitat.

Judicare, suspicari, vel dubitare de alterius vitio, vel crimine prudenter & ex sufficientibus indicis, seu motibus, quæ scilicet habent aliquam moralem connexionem cum tali vitio, vel crimine, per se loquendo nullum est peccatum. *Communis cum Layman lib. 3. tract. 3. part. 2. cap. 2. num. 4. Lugo disp. 14. sect. 2. Azor. part. 5. lib. 3. cap. 1. q. 3. Sporer. tom. 2. tract. 5. in VIII. præc. Decal. cap. 4. num. 25. Reiffenstuel theol. moral. tract. 6. dist. 6. quæst. 6. num. 59.* Et ratio est, quia proximus amittit sui famæ, & bonæ existimationis respectu illius hominis, cui ejus vitium, seu crimen sufficientibus indicis proponitur, unde, inde taliter dubitando, suspicando vel etiam judicando, neque peccat contra charitatem proximi, neque contra justitiam arg. cap. Quod suspecti 15. caus. 5. quæst. 5. c. Suspicionis 39. de Officio Delegati cum similibus, ubi licite, ac juste ob legitima indicia, nunc iudices, nunc testes, alique posunt recusari.

Judicium temerarium absque sufficientibus indicis de vitio, vel crimine proximi in materia gravi deliberate conceptum, est peccatum ex genere suo mortale. *Communis cum S. Th. 2. 2. quæst. 60. art. 3. & colligitur aperte ex verbis Christi Mat. 7. & Luc. 6. Nolite judicare, & non judicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini, ubi de judicio temerario sermonem esse patet ex contextu. Quod autem videt festucam in oculo fratris tui, trabem autem, que in oculo tuo est (peccatum grave) non consideras? Et S. Jacobus Apostolus in sua Canonica cap. 4. conjungit judicium temerarium cum detractioe; Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, & judicas legem; Detrahite autem proximo in materia gravi est peccatum grave, adeoque &c. Tum quia hoc patet ratione; Nam quisque habet jus ad famam, seu bonam existimationem sui apud quemcumque hominem, donec per sufficientia signa innotescat, seu demonstretur malus, juxta illud: Quisque præsumendus est bonus, donec demonstretur malus, arg. cap. In cunctis 12. caus. 11. quæst. 3. c. Mandata 6. & cap. Dudum 16. de Præsumption. ergo gravem ei injuriam infert, qui temere absque sufficientibus indicis firmam de ipsius improbitate concipit sententiam, eumque in corde suo condemnat, adeoque graviter peccat.*

Ut autem tale judicium sit peccatum mortale, tres requiruntur conditiones. *Prima*, quod judicium sit in materia gravi: materię gravitas, vel levitas attendi debet vel ex ipsa substantia materię, vel ex qualitate personæ. Unde defectu gravitatis materię, veniale erit judicare de Paulo furto unius julii; & ratione qualitatis personæ, veniale erit judicare de juvene parum honesto, quod transeat per aliquem locum ad inhonestam. *Secunda deliberatur*, quia si Judicium non sit firmum, & quasi pro moraliter certo conceptum, erit sola suspicio; & si non sit deliberatum cum pleno consensu voluntatis erit vel sola prima apprehensio de improbitate proximi, vel solius actus judicii imperfecti, non sufficiens ad peccatum mortale. *Tertia*, quod Judicium sit ex levis, & insufficientibus indicis, seu conjecturis; quia si judicium sit ex gravibus, & sufficientibus indicis, seu conjecturis, non erit temerarium, sed prudens, ut patet 14. ex dictis supra num. 5. Hinc, quia raro omnes tres allate conditiones una simul interveniunt, raro judicium temerarium est mortale, una enim ex ipsis deficiente, judicium temerarium non est mortale. *Communis.*

Suspicio temeraria de proximi vitio, seu crimine ex genere suo est peccatum veniale tantum, *Communis cum S. Th. 2. 2. quæst. 60. art. 3. & indicat etiam S. August. tract. 99. in Joann. dicens: qui suspiciones omnino vitare non possumus, quia homines sumus, judicia tamen, id est definitivas, firmasque sententias continere debemus.* Et ratio est, quia per suspicionem temerariam, etsi aliquoties lædatur fama, seu bona existimatio proximi; non tamen simpliciter, & graviter, sed secundum quid, & leviter tantum, cum suspicio sit solum levis assensus de vitio, seu crimine proximi cum actuali dubitatione, seu formidine de opposito. Potest tamen suspicio temeraria evadere peccatum mortale per accidens, ut si oriatur ex maligno affectu, aut conjuncta sit cum gravi odio, vel contemptu proximi. Si quis ex tali temeraria suspicione in effectum externum malignum, aut damnium proximi procedat, ut si ex sola suspicione Judex Reum condemnaret, Superior subditum puniret, aut ab officio amoveret; Si ratione talis suspicionis, quis alicui suffragium in electione negaret, aut eum ad consecutionem alicujus notabilis boni impediret. *Communis.*

Dubitatio temeraria positiva de vitio, vel crimine alterius per se loquendo est solum peccatum veniale. *Communis cum Lessio lib. 2. cap. 29. dub. 8. Layman loc. cit. num. 6. Sporer loc. cit. num. 34.* Et ratio est eadem, quæ de suspicione, & à fortiori, quia minus lædit famam proximi dubitans solum num sit malus, quam etiam suspicans esse malum. Dubitatio enim temeraria positiva in hoc solum consistit, quod quis, habitis sufficientibus indicis, ex quibus posset, ac deberet judicare aliquem esse bonum, ille omisso hoc judicio ex aliis leviusculis indicis, seu conjecturis, vel motibus positive dubitet, seu judicet esse dubium, & incertum an sit bonus? adeoque, si per se loquendo suspicio temeraria est solum peccatum veniale, quia famam, seu bonam existimationem proximi parum lædit; à fortiori per se loquendo erit solum peccatum veniale dubitatio temeraria positiva, quia minus famam proximi lædit. Dubitatio autem temeraria negativa de vitio, seu crimine proximi nullo modo est peccatum. *Communis cum citatis Doctõribus.* Et ratio est, quia per talem dubitationem nulla prorsus injuria inferitur proximo: Dubitatio enim temeraria negativa in hoc solum consistit, quod quis oblata sibi cogitatione de bonitate, vel malitia proximi, omne judicium, omnemque suspensionem, & dubitationem positivam ex defectu motivi rationis circa ipsius bonitatem vel malitiam suspendat, quod cum nullimode sit ei injuriosum, nullum pariter erit peccatum. Judicium temerarium. Ne timorem omnem peccandi mortaliter fratrem judicando abjicias, meditare, Lector, præceptum charitatis erga proximum, Christique monitum Joan. 7. 24. Nolite judicare secundum faciem, sed justum Judicium judicate. Videtis Antoinne de Jure part. III. cap. 5. ♣

## JURAMENTUM.

### ARTICULUS I.

Juramentum quoad ea, quæ concernunt ejus esse, divinationem, & modum licitum, seu illicitum jurandi.

Juramentum est invocatio tacita, vel expressa divini Numinis, tanquam primæ, & infallibilis veritatis in testem alicujus rei; Est in re communis. Juramentum dividitur in *Assertorium, & promissorium*; Ita Scotus in 3. dist. 39. quæst. unica, & communis aliorum. *Juramentum assertorium est illud, quod simpliciter sine aliqua promissione aliquid affirmatur, vel negatur; Est in re communis. Juramentum promissorium est illud, quod ad confirmationem promissionis, seu contractus, aut pacti alicujus corroboracionem adjicitur. Est etiam in re communis.*

Juramentum, tam assertorium, quam promissorium